



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

De hoc Monasterio in Vet. Cod. M. S. subsequencia legi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

- VIII. *Henricus* huius nominis secundus.  
 IX. *Wernherus*.  
 X. *Conradus I.*  
 XI. *Vdalricus* huius nominis primus.  
 XII. *Henricus* huius nominis tertius.  
 XIII. *Gotfridus*.  
 XIV. *Conradus* huius nominis secundus.  
 XV. *Vdalricus*. II.  
 XVI. *Vdalricus Vrsinger* III.  
 XVII. *Petrus Fries*.  
 XVIII. *Erhardus*.  
 XIX. *Ioannes Rothuet*.  
 XX. *Vdalricus Schirm*. IV.  
 XXI. *Vdalricus Protcarb*. V.  
 XXII. *Augustinus Dacharver*.  
 XXIII. *Sebastianus de Schöngarv*.  
 XXIV. *Servatius Walthenhoffer*.  
 XXV. *Ambrosius Kazpöck*.  
 XXVI. *Paulus Kretz*.  
 XXVII. *Albertus Ejsenreich*.  
 XXVIII. *Ioannes Aigele*.  
 XXIX. *Casparus Schleich*.  
 XXX. *Guolfgang Carolus modernus*.

## VVA L T S A C H S E N.

DE Monasterij huius prima fundatione, & incrementis, aliisque scitu dignis scripsit annis ab hinc C. XVI. peculiarem librum, seu Chronicon, quidam eius loci Conuentualis; quod nactus à bon. memor. Nobili ac Reuerendo Dñi. *Ioann. Guilielmo de Holdingen in Paring*. Canonico Cathedralium Ecclesiar. *Ratisponen.* & *Patavien.* &c. vna cum aliis *Boicarum* rerum vetustis scriptoribus hactenus ineditis, paulò post, Deo fauente, publici juris faciam. Monere hinc satis est Monasterium *Waldefassen* Diocæsis *Ratisbonensis* apud *Nariscos*, haud procul à sylua *Gebreta*, seu *Hercynia* quam vulgo *Bohemicam* vocitant in territorio Veterum Marchionum *Vohburgen*, constructum fuisse circa an. Dñ. M. C. XXXIII; pro familia *Cisterciens.* & quemadmodum ex Albo siue matriculâ Imperiali ab antiquo constat, Abbas istius loci Abbatibus Principibus fuit accensus. Ein *gefürsteter Abbt.* Hodie nempe post diuisionem Prouinciarum per Cæs. *Ludovicum IV.* an. 1328. inter suos & fratris sui *Rudolphi* Ducis filios ac hæredes factam subest Palatinatui Veteri: & cum mutata religione statum quoque mutauit pristinum: Palatini etenim Principes, è Circulo *Bauarico* Collegium hoc principale de facto eximentes sibi arrogarunt.

De hoc Monasterio in Vet. Cod. M. S. subsequencia legi:

NOS *Henricus* &c. Et specialiter hac vice nostrum animum excitauit, quod cum hactenus decimas nostrorum prouentuum in *Pfreimbâ*, in *Floß*, in *Parckstain*, in *Weiden*, & in *Aalburg* ex nostra concessione perceperunt, nunc benignè consenserunt, illas in Monasterium *Waldsachsen* transferri, vbi propter

pter vicinitatem loci maior potest ex eis vtilitas prouenire &c. Dat. in Lands-  
but an. 1287. proxima sexta feria ante festum B. Viti.

## WEICHENSTEPHEN.

**M**ONASTERIVM ord. S. Benedicti, positum in excelso monte prope Weichsant  
Frisingam, vbi olim fuisse dicitur castrum Pipini, Galliarum & Aleman- Peter's side  
niae Regis, in quo postea etiam Carolomanus habitauerat, mons ille dictus S. Petri com  
Termons siue Thetonis mons, cuius ampliss. fossae arcis magnificentiam adhuc secretis  
hodie satis ostendunt. Hoc castrum postea anno 746. à Marfilio Sueuorum Re-  
ge euersum esse, Historia Monasterij habet. Sed Auenr. lib. 3. fol. 393. 394. memi-  
nit Landfridi & Diepoldi Ducum Sueuor., & quod cum Vilone circa Lycum,  
multa bella gesserit, sed de Marfilio Rege & de vastatione Castrum Termons nihil.

In hoc loco Hitto Eps Frisingensis constituit Praepositum cum Sex Cano- Auenr. lib.  
nicis circa an. Dñi 830. post annos verò 200. Imperante Diuo Heinrico secundo, 4. annis  
Egilbertus Eps Frisingensis, de familia Comitum Mospurgen. eundem Praepo- fol. 374.  
situm cum suis Canonicis transtulit in Umbilicū Montis ad Monast. S. Viti quod  
ipse fundauit, & loco ipsorum instituit ordinem D. Benedicti, & Monasterium,  
S. Stephani Protomartyris construxit, circa annum 1021. constituto ibi 1. Ab-  
bate Arnolpho. Episcopus Hitto sepultus est in Ecclesia Cathedrali in crypta,  
transtulit Frisingam corpora Alexandri Papae & Martyris, Iustini Cardinalis &  
Nonnosij Monachi, de quo scribit beatus Gregorius in Dialogis. Imperator  
Hainricus S. donauit Monasterio Weichenstephen, ad preces Egilberti Episcopi  
castrum Saxaganckh in Austria cum suis attinentiis, pro quo Engelbertus pater  
commutationem Monasterio dedit villam Hegelhausen. in Diplomate Hain-  
rici Imperatoris sunt haec verba; partem cuiusdam Insulae Sahsonaganc, &c. in  
ptouincia Orientali & in Marchia Adelberti Comitis sita, Anno Domini, 1021.  
ex libro traditionum Ecclesiae maioris Frisingensis, vbi etiam haec verba sunt  
addita; Ad Mon. S. Stephani protomartyris ab eodem Episcopo Engelberto co-  
structum, pro anima dicti Episcopi Engelberti plures Comites ac Nobiles dede-  
runt praedia sua ad Altare sancti Stephani in hoc Mo: vt puta Nobilis homo Ge-  
roldus Comes, Item Gumpoldus Comes, Vdalscalcus Comes, Altannus Comes,  
Item quidam nobilis Vir Sigibolt. Item Adalbero Comes, qui dedit Hubam ea  
lege, vt nulli concederetur in beneficium; quod si fieret, tunc deuolueretur ad  
Monast. Eberspergen. Fortè omnes praed. Comites erant de familia Mospurgen.  
Comitum. Ex libro fundacionis huius Monasterij,

ABBATES ALIQVOT, AC GESTA NOTABILIORA  
apud Monasterium Weichenstephense.

GERARDVS ex Monasterio Seun assumptus ab Episcopo Frisingensi,  
fuit primus Abbas.

ERCHANGERVS VIII. Abbas. Sub hoc Cœnobium incendio periit, p  
negligentiam cuiusdam Monachi; rursus restauratum & consecratum anno  
1095. à Meginhardo Episcopo Frisingensi, qui Erchangerum tandem deposuit,  
post mortem Erchangeri, religio ac cultus diuinus valde in hoc Monast. defecit,  
pauci erant Monachi, Aduocati Monasterij non faciebant suum officium; Do-  
nec Otto Episcopus sub Abbate Sigmaro Monast. reformauit ac restaurauit.

ALTO XVI. Abbas. Sub hoc secundo concrematum est Cœnobium, in Ma-  
io, an. 1197. Ob id Alto resignauit, cum xv. annis praefuisset,

ANNO